



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

ciue officium adhibuerint, adhibuerint aut adfisci permiserint, qui que contra item cantoris officium susceperint obierint ve, poenam subeant nostro arbitrio irrogandam.

Nec vero Regularis extra suam ecclesiam ad cantoris officium adhibeatur, nisi de superioris sui concessu, & facultate à nobis scripto impetrata: & superpelliceo indutus id manus præstet.

Decretum. XXX.

De missarum celebratione.

QVÆCUNQUE facultas Missæ sacram faciendi deinceps per nos concedatur, nullius momenti sit, atque omnino rescissa; si qui impetrasset, non exposuerit, quo alio præterea munere ipse adstrictus sit, in sua aut aliena ecclesia Missam celebrandi, quous vel parochialis ecclesiæ, vel cappellæ, vel legatij, aliove nomine; & quantum item elemosinæ inde quouis nomine capiat: idque omne nominatim ac sigillatim facultatis literis expressum sit.

Diœc. 2. dec. 7. p. 337 & diœc. 3. decr. 26. p. 351.

De elemosinis vero Missarum celebrationi oblati in capsula deponendis, pro rationeque distribuendis, in alia Synodo diœcesana sancitam est. Sed quoniam sæpe fit, ut elemosinæ oblatæ, quas pro rata proque præscripta ratione distribui oportet, summa longè maior sit, quàm Sacerdotum numerus, qui ex pia offerentium voluntate Missæ sacram facere possint; hoc decreto mandamus, si quo die vel præ paucitate Sacerdotum, vel præ angustia temporis, non potuerint pro voluntate & pietate eorum qui obtulerint, proque suscepto onere Missæ celebrari, id alijs diebus omnino ita præstari, ut elemosina pro rata ad præscriptum Sacerdotibus distributa, qui eo die Missæ sacram ibi fecerint; reliqua conferuata in eos Sacerdotes ex constituta ratione conferatur, qui alio tempore in eandem ecclesiam euocati Missas celebrarint, ad explendâ atque exequendam eorum qui elemosinas dederint, piam voluntatem.

Decretum. XXXI.

De supplicationibus.

VBI ad aliquam ecclesiam publicè supplicandi causa proceditur, ibique supplicatione absoluta processio dimitti-

tur; nec clericus tum à stata eâ ecclesia discedat, nisi præactis à clero Metropolitanæ ecclesiæ de more sacrarum precû officijs atque orationibus.

Decretum. XXXII.

QVÆ Synodo altera diœcesana de oblationibus, quæ Metropolitanæ nostræ ecclesiæ fiunt, per nos præscripta sancitave sunt; eadem in omni nostra diœcesi præstari planeque seruari iubemus, vbicunque oblationes cuiusuis generis ecclesijs fiunt.

De oblationibus diœc. 2. decr. 21. p. 340.

Vicarij autem foranei, Rectorisque ecclesiæ cui offertur, cura sit, videre ne contra fiat, quâ in ea Synodo iustum est.

Decretum. XXXIII.

AD funerale officium, cui Regularis, pro curæ quam gerit munere, aut alia quavis ratione interesse non debet, si clerici fuerint seculares, qui satis sint, ne Regularis aliquis nisi collegiatim vocetur; cum præsertim eiusmodi officium quod ritu Ambrosiano fit, aliquando adhibito diuersi ritus sacerdotis perturbetur.

Regulares quomodo ad funera euocandi.

Si vero Regularis pro curâ parochialis alteriusve eiusmodi rei ratione interdum non collegiatim sumus obibit; in eo ut reliquis clericis decenti superpelliceo indutus sit. Idem in processionibus, synodis, alijsque publicis ecclesiasticis functionibus actionibusve præstet, quas obire debeat.

Decretum. XXXIII.

ANNIVERSARIÆ statæ exequiæ certis constitutis diebus agantur. Si quibus vero diebus agi debent, per sancti alicuius celebritatem, officijve rationem, aut per funerale hominis proximè defuncti officium agi non possunt, die proximo præcedenti quo possunt, agantur fiantve. Certus præterea liber conficiatur, quo anniversariæ exequiæ illæ notentur, quo die in singulos annos, & quibus, quotve sacerdotibus adhibitis celebratæ sint.

Anniuersaria certis diebus peragantur.

Quibus pallijs altaria ornantur, ne ad tumulos, quas tumbas vocant, in officijs funeralibus villo modo illa adhibeantur.

Pallia altarium ad tumbas ne adhibeantur.

De-